

GLÓRIA IN EXCÉLISIS DEO et in terra pax homínibus bonæ voluntatis. Laudámus te. Benedícumus te. Adorámus te. Glorificámus te. **Grátias ágimus tibi** propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex cælestis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite, **Jesu Christe**. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miseré nobis. Qui tollis peccáta mundi, **súscipe deprecationem nostram**. Qui sedes ad déxteram Patris, miseré nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, **Jesu Christe**. **†** Cum Sancto Spíritu: in glória Dei Patris. Amen.

MUNDA COR MEUM ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ prophétæ cálculo mundásti ignito: ita me tua grata miseratióne dignare mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiare. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

JUBE, DÓMINE, benedícere. Dóminus sit in corde meo et in lábiis meis: ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.

CREDO IN UNUM DEUM, Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum **Jesum Christum**, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sǽcula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nostram salútem, descéndit de cælis. (*Hic genuflectitur*) **Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine: et homo factus est.** Crucifíxus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus et sepultus est. Et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascéndit in cælum, sedet ad déxteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vivos et mórtuos: cuius regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procédit. Qui cum Patre et Fílio **simul adorárur** et conglorificátur: qui locútus est per prophétas. Et unam, sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiam. Confiteor unum baptísma in remissiónem peccatórum. Et expécto resurrectióne mortuórum, et vitam **†** ventúri sǽculi. Amen.

SÚSCIPE, SANCTE PATER, omnípotens æterne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indígnus fámlulus tuus offero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabílibus peccátis, et offensióibus, et negligéntiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus christiánis vivis atque defúnctis: ut mihi, et illis profíciat ad salútem in vitam ætérnam. Amen. **†**

OFFÉRIMUS TIBI, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divinæ majestatis tuæ, pro nostra et totius mundi salúte, cum odore suavitatis ascéndat. Amen. **†**

IN SPÍRITU HUMILITÁTIS et in ánimo contrító suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

VENI, SANCTIFICÁTOR omnípotens æterne Deus: et bénedíc hoc sacrificium, tuo sancto nómini præparátum.

SÚSCIPE, SANCTA TRÍNITAS, hanc oblationem, quam tibi offérimus ob memoriá passiόnis, resurrectiōnis et ascensiōnis Jesu Christi, Dómini nostri: et in honórem beátæ Maríæ semper Vírginis, et beáti Joánnis Baptistæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium Sanctórum: ut illis profíciat ad honórem, nobis autem ad salútem: et illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memoriá ágimus in terris. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Accípiens in mánibus Hóstiam dicit:

QUI PRÍDIE quam pateréatur, accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, et elevátis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, bénedíxit, fregit, dedítque discípulis suis, dicens:

Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

Tunc, detécto Cálice, dicit:

SÍMILI MODO postquam cenátum est, accípiens et hunc præclárum Cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas: item tibi grátias agens, bénedíxit, dedítque discípulis suis, dicens:

Accípite, et bíbite ex eo omnes.

**HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI,
NOVI ET ÆTÉRNÍ TESTAMÉNTI, MYSTÉRIUM FÍDEI,
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR
IN REMISSIONEM PECCATÓRUM.**

Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memoriá faciéatis.

**Partículam Hóstiae impónit in Cálicem,
dicens sécreto:**

HÆC COMMÍXTIO, et consecratió Córporis et Sanguinis Dómini nostri Jesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

**Ante sumptiōnem Sacraménti,
inclinátus dicit:**

DÓMINE JESU CHRISTE, qui dixísti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ; eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignérис: Qui vivis et regnas, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. Amen.

DÓMINE JESU CHRISTE, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sanguinem tuum ab ómnibus iniquitáribus meis, et univérsis malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te numquam separári permítta: Qui cum eódem Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas, Deus, in sǽcula sǽculórum. Amen.

PERCÉPTIO CÓRPORIS tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indígnus súmere præsúmo, non mihi provéniat in judícium et condemnationem: sed pro tua pietáte proxit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. Amen.

Ante Benedictiōnem, inclinátus dicit:

PLÁCEAT TIBI, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ: et præsta; ut sacrificium, quod oculis tuæ majestatis indígnus óbtuli, tibi sit acceptáble, mihiqüe et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiáble. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

**Sacérdos signans signo crucis primum Altáre,
deínde se in fronte, ore et pectóre, dicit:**

✠ Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem.

(Junctis mánibus proséquitur:)

IN PRINCÍPIO ERAT VERBUM, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Ómnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fiéri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.

(genufléctit dicens:)

ET VERBUM CARO FACTUM EST,

(et surgens proséquitur:)

et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritatis.

**Sacérdos infúndit vinum, postea aquam
miscéndam in Cálice benedícit, dicens:**

DEUS, ☧ QUI humánæ substántiae dignitátem mirabíliter condidísti, et mirabílius reformásti:

(et infúndens parum aquæ in cálicem proséquitur:)

da nobis per hujus aquæ et vini mystérium, ejus divinitatis esse consórtes, qui humanitatis nostræ fíeri dignátus est párticeps, **Jesus Christus**, Fílius tuus, Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus: per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.

**Sacérdos lavat manus, id est extremitátes
digitórum póllicis et índicis, dicens:**

LAVÁBO inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuæ et locum habitatiónis glóriæ tuæ. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ániam meam, et cum viris ságuinum vitam meam: In quorum mánibus iniquitátes sunt: déxtera eórum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: rédime me et míserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedíc te, Dómine. **Glória Patri, et Fílio,** et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen.

**Porrígít cálicem ministro, qui infúndit in eo parum
vini, quo se purificat: deínde proséquitur:**

CORPUS TUUM, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhéreat viscéribus meis: et præsta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecérunt sacraménta: Qui vivis et regnas in sǽcula sæculórum. Amen.